Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gallia multis modis Lutheranizans sive de contemtu concilii Tridentini in Gallia

Masius, Hector Gottfried
Lintrup, Søren

[Hafn.], [1710]

§XXII.

urn:nbn:de:bsz:31-67575

Visual Library

29. Cum noſtris temporibus exorti ſint Iconomachi, qui imagines evertendas cenſent, & maximæ perturbationes plurimis in locis ex eo ſint excitatæ, provideat ſancta Synodus, ut doceatur populus, quid de cultu imaginum ſit ſentiendum, curetque, ut ſi quæ in eis colendis irrepſerunt ſuperſtitiones & abuſus, tollantur; quod ipſum quoque provideat in indulgentiis, peregrinationibus, reliquiis Sanctorum & iis ſodalitatibus, quas vocant fraternitates.

Pag. 266. articuli de ſacrificio miſſæ per Theologos examinandi: (1) An miſſa ſit ſola commemoratio ſacrificii in cruce peracti, non autem verum ſacrificium? (2) An ſacrificio in cruce peracto deroget ſacrificium miſſæ? (3) An illis verbis: hoc facite in mei commemorationem, ordinaverit Chriſtus, ut Apoſtoli offerrent corpus & ſanguinem ſuum in Miſſa? (4) An ſacrificium, quod in miſſa fit, proſit ſolum ſumenti, non poſſit autem offerri pro aliis, tam vivis quam defunctis, nec pro ipſorum peccatis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus? (5) An miſſæ privatæ, in quibus ſolus Sacerdos & non alii communicant, illicitæ ſint & abrogandæ? (6) An quod in miſſa aqua cum vino admiſceatur, cum Domini inſtitutione pugnet? (7) An canon miſſæ errores contineat, ſitque abrogandus? (8) An Eccleſiæ Romanæ ritus, quo ſecreto & ſubmiſſa voce verba conſecrationis proferunt, damnandus ſit? (9) An miſſa non niſi in lingua vulgari, quam omnes intelligant, celebrari debeat? (10) An abuſus ſit certas miſſas certis Sanctis attribuere? (11) An cerimoniæ, veſtes, inſignia externa, quibus Eccleſia in celebratione Miſſarum utitur, ſint tollenda? (12) An Dominum pro nobis myſtice immolari, idem ſit, quod nobis ad manducandum dari? (13) An miſſa ſit ſacrificium laudis, & gratiarum actionis. An etiam Sacrificium propitiatorium tam pro vivis, quam defunctis? Dicant an erronei vel falſi aut hæretici ſint, & a ſancta Synodo damnandi.

§. XXII.

Sed nihil omnino Oratores Galliæ impetrarunt, quod Italorum auctoritate & Pontificis nutu omnia gererentur, non rationibus & Scripturæ fundamentis, qua de re juvat adſcribere Epiſtolam Legati Gallici ad Regem datam, quæ in eodem libro

libro, quem ſupra laudavi, ita legitur : *Sa ſainteté a pris cette matiere fort à cœur, comme elle fait toutes autres qui touchent le profit particulier de la Cour de Rome, qu'elle dit vouloir elle-méme reformer, ſans que le Concile s'en mesle; & deſire, que la dite matiere de reſidence, celle de la communion du S. Sacrament ſous les deux eſpeces, & autres, qui ſe trouveront icy en quelque difficulté, luy ſoient remiſes, pour en decider au Conſiſtoire, appellé quelque nombre de Docteurs; comme votre Majeſté pourra voir par l'extrait d'une lettre cy en dos, que Monſr. de Lisle m'a ecrit des propos, que ſa Sainteté luy a tenus, concernant telles matieres : & par le votre Majeſté pourra juger, que quelque travaille, que nous puiſſions prendre icy, nous n'y obtiendrons rien, que ce qu'il plaira à ſa dite Sainteté; car il ne faut pas douter, que toutes choſes n'y paſſent à ſa volonté, d'autant qu'il a eté deliberé, qu'il ne ſe propoſera rien, que par Meſſieurs les Legats, & presque tous les voeux du dit Concile ſont Italiens, à ſa devotion, & beaucoup ſes penſionnaires, & les Eſpagnols, qui monſtrent avoir un grand Zele à la reformation, ſont à preſent refroidis & etonnez, par la correction, qu'ils ont reçeu de leur Roy, pour le ſusdit fait de la reſidence. Neantmoins, SIRE, nous ne lairrons pas aprés avoir entendu votre intention de propoſer & pourſuivre vivement, tout ce qu'il vous plaira nous commander, ſans laquelle, comme nous vous avons mandé, nous ne pouvons rien faire, qu'ecouter, craignant qu'aux termes, où ſe retrouvent à preſent vos affaires, & n'ayant aucuns voeux icy pour nous ſouſtenir, on fit peu de compte de nos remonſtrances : & davantage nous craignons d'aigrir & brouiller choſes, qui amenaſſent pus grandes en troubles vos affaires, lesquels nous ſupplions le Createur conduire, & conſerver la perſonne de votre Majeſté, en grande proſperité, & vous donner, SIRE, en perfaite ſanté, tres-longue vie.* De Trente ce 24. de Iuillet, 1562.